



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XIX. De Vnionibus Ecclesiarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

73  
vita congregati fuerint. His enim, quod Ecclesia  
cum cimiterio, & quod proprio gaudere valeat privi-  
legio, permittendum erit. Cavebit tamen hi, ut in iuriosi  
veteribus Ecclesiis de iure parochiali nequaquam exi-  
stent. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad alio-  
rum in iuriam ficti convenit.

*Episcopi concilium pro spoliis a propria Ecclesia adificari, aut  
restituere non possunt. h. d.*

**E**piscopo a quoque in sua parochia novam Eccle-  
siam adificare permittitur. Sed multum intererit,  
Ecclesiam monasticam informandam regulis constituat,  
in verò ex alia causa, forte pro propriis erigere velit se-  
pulturis: cum primo casu eandem ex rebus Ecclesie,  
cum parafidit, usque ad quinquagesimam tantum partem  
cedere debeat: secundo verò non amplius, quam cen-  
tesimam conferre licebit, ea quoque adhibita cautela,  
ut unam tantummodo ex his duabus remunerationem  
accipiat.

*Qua servari debent in construenda Ecclesia, vel consecranda, &  
quod Ecclesia indotata consecrari non debet. h. d.*

**Q**uamquam tamen ex causa nova extruenda sit Ec-  
clesia, observandum est in primis, ut civitatis Episco-  
pi, sine cuius assensu id inchoari non debet, ad lo-  
cum veniat, in quo erucum ipse figet, & publice atrium  
delinibat, nec illam antea parietibus adificari, aut munus  
impedire consecrationis, quam dotem basilicæ, & obse-  
quium ipsius per donationem chartula confirmatam ac-  
cipiat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & custodiam  
suspensio, sufficere valeat.

*Consecrati verò Ecclesiam potest novum opus munitari. hoc  
autem.*

**E**ccl. si quis, dum nova construitur Ecclesia, aut pro-  
prium ius immittit, ut sibi quoquo modo noceri  
eridimur, novi operis nunciatione consulere sibi pote-  
rit: postquam si legitima non sit impetrata remissio,  
et siquid adificatum fuerit, sive illud iure, sive iniuria,  
omnino adificatum impensis destruendum erit, nego-  
tiumque ipsum secundum legum & canonum statuta  
terminabitur.

*Quæ præter Episcopi consensum Ecclesiam consecratur, facit salu-  
tarem patronatus dicitur.*

**D**ivertum statuerunt in ea, quæ præter Episcopi con-  
sensum constructa fuerit: hæc enim si nemini nocet,  
destruenda quidem non erit, sed ob superioris neglectum  
exclusio iure patronatus cum dotibus suis Episcopalis  
iuribus applicabitur.

*Ecclesia debet, quæ potest citius consecrari. h. d.*

**A**tholica igitur legitime extructa non ante sacris est de-  
dicanda, a mysteriis, quam munus consecrationis  
acceperit: quod ne qua divino cultui offeratur mora,  
quæ potest citius esse, conficiendum erit.

*Ecclesia consecranda est ab Episcopo, qui prius baptizavit inco-  
nsecratam, ubi constructa est. h. d.*

**E**t si dabitur a quo dedicanda sit, illud exquiri  
oportebit, cuius civitatis Episcopus, antequam fun-  
daretur, incolas baptizaverit, & ad cuius consignationem  
sub annua devotione concurrerint: atque is etiam ad con-  
secrationem vocandus erit.

*Ecclesia semel consecrata, non debet amplius consecrari: nec di-  
stinctio iterum, quod renovatur semel factum. h. d.*

**E**ccl. si autem, vel altari semel Deo consecratis  
non debet iterum consecrari adhiberi: quia velut  
infans a sacerdote rite baptizatus, non debet iterum ba-  
ptizari, ita nec locus semel Deo dicatus, iterum conse-  
crari. Flane si de Ecclesiis, vel altarium conse-

a. Can. si quis, pen. 22. qu. 2. c. pen. extr. de dotat. b. Can.  
consecr. Ecclesiam, de consecr. dist. 1. c. 1. c. seq. ext. de voti oper.  
monast. d. Monasterium, fortè. c. Ca. 1. de consecr. eccl. f. Ca. 2.  
ext. de relig. dom. g. Can. vel. semel, de consecr. dist. 1. h. Can. so-  
lenniter, de consecr. eccl. c. can. ecclesia vel. de consecr. dist. 1.

cratione dubitetur, nec de ea aut scriptura appareat, aut  
testes existant, sine ulla dubitatione erunt consecranda.  
Necialis trepidatio iterationem facit: qui iterum dici  
non potest, quod semel esse factum ignoratur.

*Ecclesia polluta debet reconciliari. h. d.*

**S**ed si Ecclesia, aut ab igne exusta, aut fusione san-  
guinis, vel fensura, vel excommunicati humatione  
polluta fuerit, etiam si semel antea consecrata appareat,  
nihil minus diligentissime expurgata, iterato consecran-  
da, vel reconcilianda erit.

*Tropter detrimentum altaris, ipsum altare, non Ecclesia est ite-  
rum consecranda. h. d.*

**D**e eo dubitari contigit, si altare motum fuerit, aut  
lapis superpositus, qui sigillum continet, contractus,  
aut diminutus, an Ecclesia debeat iterum consecrari. Et  
responsum est, ob id Ecclesia non esse consecrationem i-  
terandam, sed ipsum solum altare denuo consecrandum.

*Quibus diebus potest Ecclesia consecrari, sed solum ab Episcopo,  
qui ea quo sunt jurisdictionis, potestus demandare, inferioribus:  
fœtus quo sunt erant, h. d.*

**C**onsecratio autem potest Ecclesiarum, Altariumque  
consecratio quibuscumque diebus, tam Dominicis,  
quam privatis, sed non a quocumque. Licet enim aqua  
per Episcopum benedicta, per alium Episcopum, qui a quo  
benedictionem non impendit, Ecclesia reconciliari possit,  
idem tamen per sacerdotes simplices fieri non potest:  
quia ea quidem que jurisdictionis sunt, etiam inferioribus  
Episcopis demandare potest: sed que ordinis  
sunt, inferioris gradus clericis committere non potest.

*Non debet consecrari Ecclesia, ubi sepulta sunt corpora infidelium,  
nisi servata forma huius. h. d.*

**I**llud etiam animadvertere consecrante oportebit,  
ne basilicam, in qua infidelium sepulta sunt cada-  
vera, sanctificet. Sed si consecrationi apta videbitur,  
oculis inde corporibus, & rasis parietibus & tignis, con-  
secrari poterit.

*Festa dedicationum Ecclesiarum debent celebrari. h. d.*

**S**olemnitates quoque dedicationum ipsarum Ec-  
clesiarum per singulos annos erunt celebranda, ipso Do-  
mino exemplum dante, qui dum ad festum dedicationis  
templi celebrandum cum reliquis populis accessit, omni-  
bus idem faciendi formam tribuit.

*Reparatio Ecclesie prius ad possessorem beneficii, & Episcopus  
debet de sua pecunia contribuere. h. d.*

**H**abitus delibasse sufficiat: nam si reputanda sunt, vel  
emendanda, & id oneris procul dubio ad eum, qui Eccle-  
siasticum possidet beneficium, pertinebit. Sed & Episcopus  
tertiam partem sibi obtinentem impendere debe-  
bit. Nunc de Ecclesiarum unionibus, paucis dispiciamus.

DE VNIONIBVS ECCLIE-  
SIARVM.  
TITVLVS XIX.

*Quid sit unio, & quotuplex. h. d.*

**V**nio nihil est, quam duarum pluriumve Ecclesiarum  
facta connexio: dicta ab uniendo, ex eo  
quod plures Ecclesie in unum coniungantur. V-  
nionum autem dux sunt species: aut enim perpetuæ  
sunt, aut temporales. Perpetuæ sunt, quæ sunt, ut sine  
pænitentia temporis perdurent. Temporales sunt, quæ  
ad certam tempus, putà ad aliquam vitam instituntur.

a. Can. Ecclesia semel, ver. nisi, de consecr. dist. 1. c. præpositi, c.  
consulisti, & c. si, extr. de consecr. Ecclesia. b. Cr. extr. de consecr.  
Eccles. vel. alt. c. 2. extr. d. 111. d. Can. aqua per. ca. 2. ex. de  
consecr. Eccles. c. Can. Ecclesiam in qua, & can. seq. de consecr.  
dist. 1. f. Can. solenniter, de consecr. dist. 1. g. Cr. & c. de her.  
ext. de Eccles. adific.





*Causa unendi sunt, necessitas, & utilitas, h. d.*  
**V**elut ergo ex causa una Ecclesia, vel Episcopatus in plures dividi permittitur, sic etiam rebus suadentibus plures Ecclesie in unam conjungi possunt. Causa vero unionum sunt, aut aurgens necessitas, aut evidens utilitas. Necessitas, veluti cum duae Ecclesie adeo sunt pauperes, ut impossibile sit earum proventus ad victum duorum sacerdotum sufficere: aut, si altera hostium e immunitate desolata sit. Utilitas d, ut cum locorum oportunitas id exposcat, vel temporis qualitas: puta, quia in loco nunc Christianorum dicitur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum tenuitatem non perinde idonei sacerdotes ad beneficium procurandum inveniantur. His igitur casibus, ne quid detrimenti divinus cultus & animarum cura patitur, debent plura beneficia vel Ecclesie in unum conjungi.

*Sicut unire Episcopatus permittit ad Romanum Pontificem, sic minores Ecclesias ad Episcopum cui subsunt: inferiores vero non possunt unire, h. d.*

**N**on tamen omnibus passim quascunque Ecclesias unendi potestas indistincte permittitur, sed certis dumtaxat servatis regulis. Et quidem e, sicut unire Episcopatus, atque potestati alienae subijcere a summum Pontificem pertinere noscitur, sic ad Episcopum spectat Ecclesiarum suae diocesis unio atque subiectio. Ab Episcopo itaque inferiores unendi potestatem minime sibi vendicare poterunt. Ideoque si Prior, vel Abbas monasterium monasterio subiecerit, vel unierit, Episcopi consensu minime requisito, quod inconsulto praesule fecerit, non subsistet, nec subjectionem, vel unionem Metropolitanis consensu, vel confirmatio sustinebit, cum is in diocesi sui suffraganei abque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones Canonicas attentare.

*Episcopus unire potest Ecclesiam alteri, vel loco religioso donare, utiam non vocato Rectore, vel defensoribus, sed propria mensa non potest, h. d.*

**V**sque adeo autem Episcopo in propria diocesi facultas unendi competit, ut si per eundem consentiente capitulo, Ecclesia Ecclesia, dignitati, vel praebendae uniar, aut religioso loco donetur, ex eo quod Rector ipsius ad hoc vocatus, vel si vacabat, defensor ei super hoc datus non extirrit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, si quam is Ecclesiam mensae suae, vel capitulo unendam duxerit: id enim (etsi capitulo consensus accesserit, & loci consuetudo suffragetur) irritum penitus erit: cum unientium utilitas probabilem non recte factae unionis suspicionem ingerat.

*In unione facienda requiritur consensus non solum capituli, sed etiam eorum qui ladi possent, h. d.*

**N**ec solum capituli unientis Episcopi in unione consensus exigitur, sed etiam illorum, qui ex unione ladi possent. Unde si auf collegiata, aut patronata, alicujus suffraganei Ecclesia sit unienda, collegii patroni, & suffraganei assensum intervenire oportebit.

*Quis sit uniois effectus, h. d.*

**S**ecuta vero unione Canonica, statim is, cuius Ecclesia unificatur potestatem, & jus, quod in eam olim habebat, cui ab initio praefuit: statimque unitae Ecclesiae eadem privilegia competunt, quae in principali Ecclesia competere conperuntur.

*Per unionem non praedudatur iuribus Episcopalibus, h. d.*

**S**ed quiri poterit, si per Apostolicum Ecclesia in certa diocesi constituta, puta in Perusina, Ecclesiarum alterius diocesis, veluti Tiphernatis, unita fuerit, an Ec-

clesia per unionem alteri conerata, per hoc a iurisdictione praesulis Perusini censetur excepta, & Tiphernati subiecta? Et responsum est, a jurisdictione praesulis Episcopi unitam Ecclesiam non exiri, cum Romanus Pontifex in huiusmodi unionibus singulis Episcopos pariter in violata servari velit.

*Vnio dissolvitur temporis lapsu, & causa cessante, & in ipso habere ius unendi, h. d.*

**D**issolvitur autem unio, si temporis lapsu, vel potestati: quod si sit perpetua, cessantibus obsequiis, ex quibus facta fuerit, ab iis iudem dissolvi potest, eorum consensu & auctoritate olim fuerit instituta: nihil est enim tam rationi consonum, quam ut in decessente beat potestatem, cui constructio facta est, cessante.

*Locum vacantem Ecclesia possit unire, nisi tamen Ecclesiam vacantium diffinitio non possit, h. d.*

**I**nter infundendam, & dissolvendam unionem interef, quod licet etiam vacant Ecclesia alterius uniri, si tamen Ecclesiae per unionem contractum contigerit, unio interim vacantium Ecclesiarum illarum minime poterit.

**DE IMMUNITATE ECCLESIAE ET SUBIECTIONE TITVLVS XX.**

*Immunitas in hoc titulo largi asservitur, & quae immunitas hoc dicit.*

**I**mmunitas, est a muneribus indolita exemptio. Ad hoc loco immunitate largi accipiuntur, per quoslibet Ecclesiarum favore, indulgentia, ratione immunitatis, & privilegio.

*Tripliciter est species immunitatis Ecclesiarum, localis, personalis, & non consecratis, vel consecratis personis.*

**E**t autem Ecclesiarum immunitas localis, dicitur personalis, & realis. Localis immunitas, dicitur, quia ipsi domibus, aliquibus sacrarum aliarum vicinis conceditur. Nam enim Ecclesia, & sacrae supplicam veritatem domus esse debet, necesse est, ut in possessionibus suis esse conveniat aliam.

*Processus salis, & fenturae late in Ecclesia, vel in vicinis nulli, h. d.*

**S**eculares igitur iudices causas, propter quos de sanguinis agitur effusione, & de prope corporali tractatur, in Ecclesiis, vel earum coemeteriis, & in vicinis thematis interminatione prohibentur. Absentibus enim ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tanta constituta refugii. Processus quoque, quos in vicinis contempta prohibitione, & ipse alicuius vicinis duxerit, ac specialiter prolati sententia, immunitatis robore carebunt.

*Confilia publica, privata & negotia secularium non debent fieri in Ecclesia, h. d.*

**P**ublice quoque, & quarumlibet societatum, administrationum, & confilia, mandata, & negotia, & profana tractationes negotiorum, consiliumque profana colloquia ab his penitus amoveri debent.

*Convivia non debent fieri in Ecclesia, nisi ex necessitate, & quae dicitur de Ecclesia, intelligitur etiam de vicinis, & vicinis, hoc dicit.*

**S**ed & convivia, & hospitia, licet illa deserviant non oporteat, in sacris domibus celebrari, vel exerceri a laicis non poterunt, nec etiam a clericis, nisi transeuntes ob hospitium nec necessitatem illic relictur: quod & in oratoris observari conveniat. Operam iugiter impensa concederit: & ne ab ipso est venia postulanda, ab peccandi detur occasio.

a C. expofuit, s. si evidens, ext. de prob. b Ca. eam re, ext. de atar. & quali. in fin. & can. senio. 10. q. 3. c Can. postquam ho. filis. 16. q. 1. d Can. & temporis. 16. q. 1. e Ca. sius unire, ext. de excess. prala. f Ca. a. ext. de reliz. dom.

